



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

Decimus sextus [i. e. septimus] Antistes

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**

## ¶ Decimus sextus Antistes

**R**ogerus siue Notgerus, Gnaionis ducis  
Suauorum ex Helena senioris Ottonis so  
rore filius, legū doctor & philosoph<sup>9</sup>, lin

**Leodiū a** guæ ac morū elegancia q̄ cōmendatissimus Pon  
**Norman** tificio sublimatus est, anno salutis. 972. Qui vr  
**nifedatū** bē a Normannis fēdatā ēdificiis honestauit, mu  
**restaurat** ro vestiuit, & miro opificio ad techā diui Lāber  
& col. di ti adhibito, basilicā a fundamētis renouans, qua  
**ui Lā. nu** draginta Canonicis celebrē reddidit. Tēpore au  
**mero Ca** tē pacis belli non immemor, arcē caprimontanā  
**nonicoꝝ** cū illinc nō nihil ciuitati timeret, a tyranno roga  
**celebre** tus, vt infantulū e fonte susciperet, quē ei vxor  
**redditur.** decursis mensibus enixa fuerat, non paucos mi  
**Caprimō** lites sub clericali ac Monachali habitu cēlans in  
**tanā arcē** gressus est, mœnia diruit, fortalicia atq; muniti  
**industria** ones vastauit. Sacella duo, quorū stipe viginti iā  
**sua demo** crifici uiuebant, nulla industria demoliri potuit:  
**litus est** quousq; emisso voto, altera eiusdē cultus cōstru  
turū se polliceretur. Quorū prouentus partitus  
est bifariā, quos partim Basilicæ diuæ virginis  
**Collegiū** Aquisgrani, partim collegio S. Ioannis Euange  
**diui Ioā.** listæ, quod apud Leodiū in insulā ipse cōstruxit  
**Euāgeli.** designauit. Palatium suū mira industria validū  
fecit, & parochiam ad fontes instituit collegium  
**Collegiū** diui Pauli ad fenestras vsq; extructū, perfecit, ad  
**diui Pau.** iectis Canonicis decē. Collegiū sanctę crucis &

omnes officinas illustravit, post quod & Diony Col. diuē  
sianū collegium condidit, quo primum viginti, crucis  
deinde triginta canonicos collocavit Mosam paf Diui Dio  
sim per auitatē se interciperē, & S. Ioannis colle nysij, *mutat*  
gium alluere procuravit, & plurima emolumen  
ta pro R. Pub. sustentanda excogitavit. Fossien  
sem fabricam recuperavit, & castro constructo  
iuxta situm, ab incurſibus hostium præseruavit  
quod idē adhibuit in præsidium Marchiæ episco  
palis & Monasterij Lobienſis, Tuynum castrū **Castrum**  
non ignobile, medium extruens. Complures di **Tuynū**  
ui Benedicti præfecturas (quas prioratus vocāt)  
instituit, Prioratū S. Symphoriani in Boxo. S.  
Mariæ in Barberiam S. Stephani in Mameche.  
S. Victoris in hoſo. Quibus locis memoriā om *animarum*  
nium Christi fideiū animarum, *for*  
um sanctorū fieri voluit: & salutaribus victimis  
pro eis deū exorari. Adalberti martyris recenter  
interempti, ædiculam iuxta collegiū S. Ioannis  
Euāgelistę construxit: & monasteriū sanctimo  
nialiū villa, quę villica dicitur, ad renū instituit,  
& Semblacū ad se recepit, deniq; ædes diui Mi  
chaelis cōsecrauit. Plura quoq; alia loca, sua mu  
nificentia nobilitavit, & in omnes benefic<sup>9</sup>, oēs  
omniū gratias, cōciliauit. Tanta quippe pruden  
tia atq; eruditione pollebat, vt sententia omniū  
principū, tertij Ottonis tutor fieret, & prouētus Tutor fa

Quis est  
Ottonis  
tercij

quos Hoſani quotannis pendebāt, ab eodē con-  
donari ſibi mereretur Imperatori Henrico adue-  
ſus Balduinū Flandriæ Comitē auxiliares man-  
adhibuit. Gandauum pariter obſedit, agroſq; fi-  
nitimos populatus eſt, donec ſacramentis fidei  
Imperatori ſe aſtringeret, & Valentianas reſtitu-  
eret. At mihi non videtur veriſimile, quod ali-  
quot hitorię fatiſ indecore perhibent, tātum an-  
tiſtitē propterea demeruiſſe nomen ſanctitatis,  
quia arcem Caprimontanā (vt diximus) dolo &  
techniſ uſurpauit. Nā quod pro opinione ſua af-  
ferūt, tā inepti ſcriptores, tantū a ratione diſſidet  
quātū quod nuſq; coheret. Quasi vero mater ſe-  
met, cū infantulo nondū baptizato, in puteū de-  
miſerit præcipitē? Sed quid habeat iſtud frōtiſ?  
Nō enim facile cōſueuerūt puerperæ, maxime  
nobiles matronæ, tā inſperate & ſubito exilire,  
neq; vir tā ſagax cuſtodia hac parte neglexiſſe,  
credēd⁹ eſt. Obijt āno ſalutiſ Milieſimo ſeptimo

Exequiæ  
ſeu paren-  
talia No-  
ghen;

quarto Idus Aprilis. Cuius exequias. vt de ōni-  
bus optime merit⁹ erat, Collegia que extruxerat  
pulcherrimo cultu proſequuta ſunt. Primo col-  
legiū diui Lāberti, ſecūdo S. Pauli, terciō S. Mar-  
tini, quarto S. Petri, quinto S. Dionyſij, Sexto S  
Ioannis, quo requieſcit. Floruit ſub Apoſtolicis  
viris Ioāne. i3. Benedicō. 6. Bono. 2. Bonifacio  
7. Benedicō. 7. Ioanne. i4. Ioanne. i5. Ioanne.

16. Gregorio quinto. Ioanne. 17. Martino secun-  
do. Syluestro secūdo, Agapite quarto, Ioāne de-  
cimo octauo & Ioanne decimo nono. Imperan-  
tibus Ottone primo .2. & .3. & Hérico claudo

Claruerunt pacis & belli exercitatissimi viri D.

Amfredus, Comes Hoñanus, qui Collegiū do-

minarū in Thoren instituit, quo vxorē & filiā

vitā agere præcepit. Qui sacris initiatus, Hoña-

nū comitatū Leodino Antistiti cōmisit, nē mul-

to post factus vltra Traiectēsis Antistes. Itē Go-

defrid⁹ Comitis Viēnæ fili⁹, qui reliquias S. Re-

macli a stabuleto, Leodiū trāsuexit, cui⁹ occasio-

ne, duę parochię eiusdē nominis extructæ sunt.

Itē Arnulphus Ruminaceus, ecclesiæ Florinē;

fundator, duos genuit filios, Godefridū & Ge-

rardū Cameracēsem Antistitē, qui Monasteriū

Ioāni Bap. in Florinē; perfecit, & eximiæ sancti-

tatis exēplū post se reliquit. Itē Harigerus abbas

Lobiēsis, historiæ Leodiorū fidelis cōpilator lo-

biæ vita excessit. Itē D. Abbo Abbas Floriacēsis

Victoriū calculū cōmētat⁹ est. ¶ XVIII Ant.

**B**aldricus eius nominis secūdus; fili⁹ Lodo-

uici comitis Lossensis ex filia Ducis Lym-

burgen. Roghero subrogat⁹ est Qui nullū

Collegiū, nullū monast. nullā suę ditionis ædē

adñt: a qua non munificus abscessit, ita omnibus

hui⁹ beneficio semper aliquid accessit. Pānardū

Comitat⁹

Hoñanus

Episcopo

cedit

Munificē

tia.

Baldrici